



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Joachimus Conf. 16. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

16. April. VITÆ SANCTORVM. 197  
qui Christū terris, ut Diabolum vinceret, commodavit.  
Clamet homo, clamet ad Deum, clamet, Libera nos à  
malo; ut à tanto malo, solo Christo vincente, libera-  
mur. S. Pet. Chryl. serm. 70.

S. JOACHIMUS CONF. 16. Aprilis.

Felices Senæ! vel ideò, quòd inter tot mundi  
hodie libertos, ipsa servos tot VIRGINIS nu-  
merant. Ex his JOACHIMO nostro pileum hodie  
in cælo *Domina* dedit. Vir fuit obsequendi studio,  
sui contemptu; sed præcipuè charitatis æstu in  
ægros mirandus. Exemplo fidem habe in paucis  
memorando. Iter illi Arretium; ex itinere obvius  
fuit, qui epilepsi, sed multò magis impatientiâ la-  
borabat. Noster verbis, consilio, operâ suâ solatur:  
sed necquicquam gravius jam animo quàm cor-  
pore periclitante. Hic JOACHIMVS post preces  
DEO fufas, in se novus medicus morbum omnem  
transfert. Igitur Arretii ipso DOMINÆ ASSUMPTÆ  
die, dum sacrificanti servit, cereumque elatæ in  
sublime Eucharistiæ manu prælucet, cadit morbo  
impellente: cereus tamen stationē in medio aëre  
servat, gaudente utique Angelo in hominis offi-  
cium involare. Sub hæc Senis vi morbi iterum  
cadit, mensamque secum instructam trahit. Nihil  
tamen fractum, nihil confusum. Sed & alia prodi-  
gia clarum fecerunt, ut apertâ ad preces portâ,  
radii precantis in odeo (quò sæpius assuevit con-  
cedere) caput visi cingere. Cæterum morbo omni  
superior illud etiam velut vitæ rectè actæ præ-  
mium à cælo emendicavit, ut viventis carnes ver-  
mium agmen popularetur. Fatum obiit, quale ex-  
petiit ac prævidit, ipso Christi morientis die, cum  
illa verba socii legerent: & *inclinato capite emisit*

*Spiritum.* Sed apud mortuum quoque medicinarum morborum quæsiuerunt, & verò reppererunt, Epileptici præcipuè, non ignari expertum mali huius medicum se accedere. *Ex Ferrar.*

*Quid infirmius homine, quem sensus fallit, ignorantia decipit, circumvenit iudicium, pompa lædit, tempus deserit, mutat ætas, hebetat infantia, iuventus præcipitat, senectus frangit?* S. Pet. Chryl. serm. 45.

S. HELENUS C. 17. Aprilis.

**F**ugiendum est citò, quod nocet citò: Sapientia in isto mature HELENVS consilio, & è mundo prius quàm pueritiã exiit, tutius inter feras, quàm homines victurus. Jejunia producenti cacodemoni escas obtrusit; sed HELENVS & cocum & dapiferum aspernatus cum Cælo quàm Orco prandere maluit; mox enim Angeli, ut Christo quondam dapes esurienti ministrarunt. Tanto deinde promptius ipse quoque per longa itinerum spatia alia prandia ferre, & si oneri succubuiisset, onagris imponere, nil repugnantibus pigerrimis alioquin animantium. Neque jam solum onera illius asportauit, sed ipsum etiam HELENVM, cum Myrtam sacrificii causâ accerferet, per amnẽ crocodilus transverit, aded sanctitati obtemperant omnia. Discipulus eius cum Orci minister libidinis faces admove-  
ret, incendiarium HELENVS ad tantas redegit angustias, ut extra circulum, quem in arenã scipionis descriperat, ne latum quidem unguem aut unguulam ponere sit ausus, donec turpe incendium extingueret. Illud etiam memorabile, quòd illæsus ignem calcavit, ut Zaream Hæreticum falsitatis argueret, qui perfidiam suam per flammam probare non ausus, Catholicæ Religionis, ut veri auri, præ-

18. Aprilis  
tium a  
litanam  
ronam

Si ut  
persister  
nitate  
destruc  
temæ;  
S Pet.

S  
Q  
per vi  
ejus c  
cultat  
inter  
ration  
cum a  
ampli  
sublin  
gio fi  
bus p  
creat  
reliq  
voci  
obtin  
poru  
lemu  
bos  
depu  
lium  
giur  
min